N. 3788.

CURRENDA XVIII.

A. D. 1864

N. 2787.

Rescriptum sacrae Indicis Congregationis intuitu librorum noxiorum.

Hoc Rescriptum sequentia in medium profert:

„Illustrissime ac Reverendissime Domine

Inter multiplices calamitates, quibus Ecclesia Dei luctuosis hisce temporibus undique premitur, recensenda profecto est pravorum librorum colluvies universum pene orbem inundans, qua per nefarios ac perditos homines divina Christi Religio, quæ ab omnibus in honore est habenda, despicitur, boni mores, incautæ præsertim juventutis, penitus labefactantur, et socialis quoque consuetudinis jura et ordo sus deque vertitur, et omnimode perturbatur. Neque ut vetus ipsorum mos erat, id præstare tantum nituntur libris magno apparatu scientiæ elaboratis, sed et parvis, qui minimi veneunt libellis, et per publicas, atque ad hoc confectas ephemerides, ut non litteratis modo et scientibus, virus illud insinuent, sed rudioris cujusque et infimi populi fidem, simplicitatemque corrumpant.

Qui autem super gregem Christi vigilias agunt legitimi Pastores, ut hanc perniciem a populis sibi commissis avertant ad Sacram Indicis Congregationem quoscumque ex iis libris de more deferunt zelo adlaborantes, ut Romanæ Sedis habito judicio, et proscriptione a vetita lectione talium librorum fideles deterreant. Neque lis difficilem se præbuit, et præbet S. Congregatio, quæ quotidianam operam studiumque impendit, ut officio sibi a Romanis Pontificibus demandato satisfaciat. Quia tamen ex toto Christiano Orbe increbrescentibus denuntiationibus praegravatur, non id praestare perpetuo valet, ut promptum et expeditum super quavis causa ferat judicium: ex quo fit, ut aliquando serotina nimis sit provisio, et inefficax remedium, cum jam ex lectione istorum librorum enormia damna processere.

Ad hoc incommodum avertendum non semel Romani Pontifices prospexerunt, et ut aliarum ætatum exempla taceamus, ævo nostro per Sa. Me. Leonem XII Mandatum editum est, sub die 26 Martii 1825, ad calcem Regularum Indicis insertum, et hisce litteris adjunctum, vi cujus Ordinariis locorum præcipitur, ut libros omnes noxios in sua diœcesi editos, vel diffusos, propria auctoritate proscribere, et e manibus fidelium avellere studeant.

Cum autem hujus Apostolici Mandati provida constitutio præsentibus fidelium necessitatibus, et tuendæ doctrinæ morumque incolumitati optime respondeat, SSmo Dno Nostro Pio Papæ IX placuit ejus memoriam esse recolendam, tenorem iterum vulgandum, et ab Ordinariis locorum observantiam exigendam, quod excitatoriis hisce nostris litteris, nomine et

auctoritate Apostolicæ Sedis sollicite præstamus. Queis si debita obedientia respondeat (sicuti pro certo habemus,) gravissima mala removentur in iis præsertim diœcesibus, in quibus promptæ coercitionis urgeat necessitas. Ne vero quis prætextu defectus jurisdictionis, aut alio quæsito colore Ordinariorum sententias et proscriptiones ausu temerario spernere, vel pro non latis habere præsumat, Eis Sanctitas Sua concessit, sicut Nomine et Auctoritate Ejus præsentibus conceditur, ut in hac re, etiam tamquam Apostolicæ Sedis Delegati, contrariis quibuscumque non obstantibus, procedant.

Ad Apostolicum autem Judicium ea deferantur opera vel scripta, quæ profundius examen exigant, vel in quibus ad salutarem effectum consequendum Supremæ Auctoritatis sententia requiratur.

Interim Tibi Illme et Rme Domine copiosa divinorum charismatum incrementa ex animo precamur, et ad pergrata quæque officia nos paratissimos exhibemus.

Datum Romæ, die 24. Augusti 1864.

Amplitudinis Tuæ

Addictissimus

LUDOVICUS Cardinalis **DE ALTERIIS**

Loco ✝ Sigilli S. Indicis Congregationis Præfectus.

FR, ANGELUS VINCENTIUS MODENA Ord. Præd.

Sacræ Indicis Congr. a Secretis“

„MANDATUM

S. M. Leonis XII additum Decreto Sac. Congreg. Indicis, die Sabbati XXVI Martii 1825.

Sanctitas Sua mandavit in memoriam revocanda esse universis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque in Ecclesiarum regimen præpositis ea, quæ in Regulis Indicis Sacrosanctæ Synodi Tridentinæ jussu editis atque in observationibus, Instructione, Additione, et generalibus Decretis Summorum Pontificum Clementis VIII. Alexandri VII. et Benedicti XIV. auctoritate ad pravos libros proscribendos, abolendosque Indici Librorum Prohibitorum praeposita sunt, ut nimirum, quia prorsus impossibile est, libros omnes noxios incessanter prodeuntes in Indicem referre, propria auctoritate illos e manibus Fidelium evellere studeant, ac per Eos ipsimet fideles edoceantur quod pabuli genus sibi salutare, quod noxium ac mortiferum ducere debeant, ne ulla in eo suscipiendo capiantur specie, ac pervertantur illecebra.“

Pro notitia, vigilantia et delatione de libris contra fidem aut mores deprehensis.

Penes occasionem hanc commonendum esse censemus, ut Ven. Clerus vigilem quoque oculum vertat in Cantilenas, ne vendantur emanturque pietatem quidem spirantes, verum defectibus quoad genium linguæ, regulas grammaticæ, cadentiæ, rhytmi.. imo sæpe contra religionem, aut reverentiam erga res sacras... scatentes, ideoque ab osoribus fidei catholicæ, quinimo a cultioribus exploduntur.

Tarnoviæ die 22. Sept. 1864.

N. 2788.

Decretum Romanum de adhibendo oleo pro lampade coram SS. Sacramento.

Ad preces nonnullorum in Gallia Episcoporum hac in causa, sequens emanavit

„DECRETUM PLURIUM DIOECESUUM.“

„Nonnuli Rmi Galliarum Antistites, serio perpendentes in multis suarum Diœcesuum Ecclesiis difficile admodum et nonnisi magnis sumptibus comparari posse oleum olivarum ad nutriendam *diu noctuque* saltem *unam lampadem* ante Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ab Apostolica Sede declarari petierunt, utrum in casu, attentis difficultatibus et Ecclesiarum paupertate, oleo olivarum substitui possint alia olea, quæ ex vegetabilibus habentur, ipso non excluso petroleo. Sacra porro Rituum Congregatio, etsi semper sollicita, ut etiam in hac parte quod usque ab Ecclesiæ primordiis circa usum olei ex olivis inductum est, ob mysticas significationes retineatur; attamen silentio præterire minime censuit rationes ab iisdem Episcopis prolatas; ac proinde exquisito prius Voto alterius ex Apostolicarum Cœremoniarum Magistris, subscriptus Cardinalis Præfectus ejusdem Sacræ Congregationis rem omnem proposuit in Ordinariis Comitiis ad Vaticanum hodierna die habitis. Emi autem et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, omnibus accurate perpensis ac diligentissime examinatis, rescribendum censuerunt. „*Generatim utendum esse oleo olivarum; ubi vero haberi nequeat, remittendum prudentiæ Episcoporum, ut lampades nutriantur ex aliis oleis quantum fieri possit vegetabilibus.*“ Die 9. Julii 1864.

Facta postmodum de præmissis Sanctissimo Domino Nostro PIO PAPAE IX. per infrascriptum Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacræ Congregationis ratam habuit et confirmavit. Die 14 iisdem Mense et Anno.

C. Episcopus Portuen. et S. Rufinæ Card PATRIZI S. R. C. Præf.

Loco † Signi *D. Bartolini S. R. C. Secretarius*“

Hæc pro notitia... et immitatione Gallorum, qui jam de olei qualitate in lampadibus coram Sanctissimo adhibendi; jam de actuali fovenda lampade diu noctuque soliciti exinde cognoscuntur. Utinam in Diœcesi Nostra, omnes P. T. Ecclesiarnm Rectores, præprimis Illi, Qui pinguioribus gaudent beneficiis aut populatione magna zelum immitarentur in Gallia Presbyterorum, similiterque ignem Sabbato Magno benedictum foverent assidue usque ad Sabbatum sanctum in lampade coram Sanctissimo, non sub devotione solum, verum de die quoque ac nocte, ex qua sacra flamma cerei ad singulas Missas, aut aliæ lampades accenderentur quotidie!

Si Creator Sapientissimus et erga nos benignissimus tot et tanta dignatus est luminaria ad manifestandam Suam Majestatem in aere appendere et appensa tenet, nos ad imaginem Ejus formati in Domo ceu palatio Filii Ejus visibili, nihilne conferamus ad venerandam Majestatem Salvatoris ac Filii Patris Omnipotentis, qui in monte Thabor clarificatus Nobis similem clarificationem assecuraverat! spernamusque signum gratitudinis pro illuminatione spiritus nostri tanta; aut symbolum fidei nostræ in jugem Ejus in tabernaculo inter nos præsentiam! simulque dulcis recordationis illius luminis et gratiæ de coelo nobis allatæ, quo symbolo excitemur jam ad majorem templorum reverentiam, jam ad gratitudinem pro tot tantisq. beneficiis!

Tarnoviæ die 11. Oct. 1864.

N. 3657.

Liberantur Curati a concurrentia ad vias stratas vicinas, qui Congrua destituuntur, insimulque notabili utilitate ex ea non fruuntur &c. Concediturque remuneratio pro concurrentia quaest..

Hoc elucet e Circulari Exc. C. R. Commissionis Locumtenent Cracov, sequenti:

„Z. 27698. An alle k. k. Kreisbehörden, Bezirksämter, Stadtmagistrat und Staatsbuchhaltung in Krakau, dann an die hochwürdigen bischöflichen Consistorien in Tarnow und Krakau.

Es ist bisher stets an dem Grundsatze festgehalten worden, daß der Kuratklerus in dem ungeschmälerten Genusse der gesetzlichen Kongrua belassen werde, und es gibt hiefür die in letzter Zeit in Uibereinstimmung mit dem h. Finanzministerium erflossene Präsidial Verfügung des h. Staatsministeriums vom 12. Mai l. J. Z. 3234/St. M. I. in Betreff der Entrichtung der an der Dotation der kirchlichen Pfründner haftenden Einkommensteuer einen neuerlichen Beweis.

Diese für die politischen Unterbehörden und die Staatsbuchhaltung in Abschrift beifolgende Verfügung, wurde den hochwürdigen Consistorien mit dem h. o. Erlasse vom 7. Juni l. J. Z. 13078. bekannt gegeben.*)

Nachdem nun durch die Handhabung der in Galizien dermalen geltenden Vorschriften über die Landesstraßen öftere Fälle vorkommen, in welchen Seelsorgepfründner durch die ihnen anrepartirten Konkurrenzbeiträge zu Landesstrassen Baulichkeiten an ihrer Kongrua verkürzt werden, diese Vorschriften aber blos im verfassungsmäßigen Wege geändert werden können, so erübriget im Geiste des oben erwähnten Grundsatzes nichts anderes, als jene Landesstrassen-Baukonkurenzbeiträge, durch welche die Benefiziaten, denen sie anrepartirt worden sind, in dem Genuße ihrer Kongrua geschmälert würden, wenn eben dieser Umstand sichergestellt ist, und auch dargethan wird, daß der betreffende Benefiziat von jener Landesstrasse keinen beachtenswerthen Nutzen zieht, bis auf weiteres noch fortan auf den Religiosfond zu übernehmen.

Um jedoch zugleich die dießfällige Geschäftshandlung zu vereinfachen, fand das h. Staatsministerium die k. k. Statthalterei Commission unterm 13. Oktober 1864. Z. 9856/C. U. zu ermächtigen, in den vorangedeuteten Fällen bis im Gegenstande eine anderweitige Anordnung getroffen wird, die Uibernahme der Konkurenzbeiträge auf den Religionsfond im eigenen Wirkungskreise zu verfügen, und nur dann die hohe Ermächtigung einzuholen, wenn es sich um die Rückvergütung bereits früher geleisteter Konkurenzbeiträge zu gegenwärtig schon vollendeten Landesstrassen handeln würde.

Hievon werden die politischen Unterbehörden, die k. k. Staatsbuchhaltung und die hochwürdigen Consistorien zur Wissenschaft und zum entsprechenden Gebrauche in Kenntniß gesetzt.

Krakau am 16. November 1864.

Hoc pro grata notitia Curatis respectivis. **Tarnoviae 9. Dec. 1864.**

---

*) Impressum legitur in Cur. XI. sub NC. 1822.

N. 3308.

Libri venales varii levi pretio.

In typographia et libraria PP. Mechitharistarum Viennæ sunt venales varii libri liturgici, theologici utpote: Missalia, Breviaria, Rituale Romanum, Hebdomas sancta, Catechismus germ. Claris. Schwetz Theologia fundam. Dogmatica &c. P. T. Zenneri Instructio practica pro Confessariis &c. de quo Venerabilis Clerus diœcesanus hisce certior redditur.

Tarnoviæ 4. Nov. 1864.

N. 3334.

Ornamenta pro Ecclesiis varia venalia Brunae.

Fabricatores Brunæ D. D. Brüder et Zajczek Consignationem rerum ad ornamenta in cultu divino inservientium, uti sunt: casulæ, dalmaticæ, pluvialia, stolae, umbracula, &c. levi pretio venalium supposuere horsum. Eorum precibus satisfacturi Clero Venerabili notum reddimus, ut si quis opus habuerit similibus rebus, ad illos se vertat.

Tarnoviæ die 19. Novembr. 1864.

L. 3811.

Szuka się Józefa Jaglarza studenta.

Tenże rodem ze Starego Sącza jedynastoletni chłopiec, uczeń I. klasy gymn. w Sączu, skrągłéj twarzy, śniadéj cery, włosów ciemnych, lekkomyślną i niesłuszną groźbą swych współmiészkających na stancyi uczniów przerażony, dnia 30. Listopada b. r. zostawiwszy w klasie książki uszedł, i zniknął jakby kamieniem w wodzie. Wszelkie najtroskliwsze poszukiwania nie mogą dociec najmniejszego po nim szladu.

Przeto tym wypadkiem dotknięci Rodzice mieszkający w Starym Sączu, i cała Rodzina upraszają Wieleb. dusz Pasterzy o wynalezienie go po parafiach.

Zechcą tedy Szan. Bracia w Xtusie ogłosić ludowi przypadek niniejszy, a koło Nowego Roku oznajmić Konsystorzowi zwykłą drogą, skutek wywiadywaniasię, pomyślny lub niepomyślny.

Tarnów 15. grudnia 1864.

L. 1416, 1463, 1496, 1519, 1605, 1686, 1748, 1815, 1849, 1914, 2102, 2370, 2542, 2548, 2860 do 2863, 3095, 3228, 3350, 3407 — 3409 + 3462 + 3463, 3431 + 3432 + 3497. 3562. 3591 + 3592. 3636. 3653.

V. Wykaz składek na cele pobożne.

(Ciąg dalszy do Kur. X. r. b.)

I. Z Dekanatu Nowo-Sandec. Na lampę do grobu P. J. w Jerozolimie 12 złr. 9 kr. a mianowicie z *Tęgoborzy* 43 ze *Zbyszyc* 50 a z *Chomranic* 60 kr. z *Pisarzowy Nowego Sącza* i z *Wielogłów* po 1 złr., z *Męciny* 1 złr. 56 kr. a z *Jakubkowic* i z *Kamionki* po 2 złr.

II. Z Dek. Wadow. A. Na missyje w Ameryce 19 złr.. a to: z *Inwałdu* i z *Rzyk* po 1 złr. z *Andrychowa*, *Choczni*, *Wadowic* i *Wieprza* po 2 złr. z *Frydrychowic*

zaś *Barwałdu* i *Kleczy* po 3 złr. B. Na missyje w Afryce 13 złr. 13 kr. i tak z *Andrychowa*, *Choczni*, *Kleczy*, *Wadowic* i *Wieprza* po 2 złr., a z *Barwałdu* 3 złr. 13 kr. C. Na towarzystwo Ś. dziécięcia Jezu 15 złr. z *Tłuczani*.

III. Z Dek. Bialskiego. 19 złr. 50 kr. jako dodatek do kwoty 68 złr. 15 kr. na różne missye, pod II. w Kur. X. b. r. wyłuszczone. Na tę kwotę składały się 3 parafie, mianowicie: *Dankowice*, na grób pański 4 złr., na towarzystwo dziécięcia Jezu 1 złr. na missye w Ameryce i Afryce po 1 złr. daléj *Jawiszowice* na missye w Ameryce i Afryce po 1 złr. 60 kr. nakoniec *Kozy* na missye Amerykańskie 9 złr. 50 kr.

IV. Z Dek. Tarnow. Na missye, a to w Ameryce, Afryce i Palestynie po 10 złr. a w Turcyi Europej. 4 złr. 28 kr. na towarzystwo dziécięcia Jezu 25 złr., nakoniec na stowarzyszenie Ś. Bonifacego 5 złr. Kwoty zaś z pojedynczych parafij są następujące: ze *Siemiechowa* i *Gromnika* po 1 złr. z *Pleśny* 2 złr. z *Tuchowa* (z klasztoru) 3, z *Piotrkowic*, z *Brzozowy* i z *Jodłówki* po 3 złr. 60, 42 i 76 kr., z *Poręby* i z *Zbyłtowskiéj Góry* po 5 złr. z *Tuchowa* (miasta) 6 złr. z *Jurkowa* i z *Wierzchosławic* po 8 złr. z *Ryglic* 14 złr. 50 kr. razem 64 złr. 28 kr.

V. Z Dek. Dobczyc. Na pogorzelców, a) na **Hurko** 5 złr. 40 kr. a mianowicie: z *Wiśniowy* 20 kr. z *Gruszowa* i *Raciechowic* po 40 kr. ze *Sieprawia* 1 złr. 30 kr., z *Łapanowa* 1 złr. 50 kr., z *Tarnawy* 1 złr. 60 kr. b) **na pogorzelców wsi Jelna,** 3 złr., a to z *Łapanowa* i *Sieprawia* po 1 złr. 50 kr.

VI. Z Dek. Tymbark. 45 złr. na missye Afrykańskie, Amerykańskie, Jerozolimskie po 15 złr. i tak z *Konwentu Szczyrzyckiego* 20 złr. od JG. X. Jany poddziekaniego 5 złr. od JG. X. Macieja Browarnego 4 złr. od JG. X. Warpechy i JG. X. Rafacza po 3 złr., od JG. XX. Urbanka, Alojzego Neudecker, Zagórskiego, Szczurka, Pawlikowskiego po 2 złr.

VII. Z Dek. Czchow. Na missye w Ameryce, Afryce, Palestynie i w Chinach 17 złr. 12 kr. Na to ofiarowali J. XX. PP. ze *Zakluczyna* 80 kr. z *Biesiadek* 65 z *Gnojnika* 50, z *Paleśnicy* i *Wikary* z *Czchowa* po 40 kr. z *Tymowy* 20 kr., dalej z *Domosławic* i *Czchowa* po 1 złr. ze *Złoty* 3 złr. 70 kr. z *Konwentu Zakliczyn*. 40 kr. od parafian ze *Złoty* 30 kr. z *Paleśnicy* 40 kr., z *Czchowa* 50 kr., z *Biesiadek* 45 kr. z *Domosławic* 5 złr. 2 kr., *a od młodzieży szkolnéj ze Złoty* 1 złr. NB. W Kur. X. str. 78 pod 1 z Dekan. tegóż b. r. znaczy *6 złr.*

VIII. Z Dek. Żywiec. Na missye w Ameryre, Afryce, Palestynie, w Chinach, czyli na st. dziécięcia Jezu w Turcyi Europ., na stowarzyszenie Ś. Bonifacego i Ś. Seweryna 131 złr. i 82 kr. Na piérwsze 4 missye złożyły się parafie *Cięcina*, *Łodygowiece*. *Rajcza*, *Ślemień* i *Wilkowice*, a prawie na wszystkie *Jeleśnia*, *Lipowa* i *Szczyrk*, a na wszystkie *Rychwałd;* Koszarawa zaś *Radziechowy* i *Zywiec* nic jeszcze niedały. Na tę sumę ogólną przysłała *Milówka* 2 złr. *Szczyrk* 6 złr., *Rajcza* 7 złr., *Wilkowice* 9, *Cię-*

cina 10 złr., *Rychwałd* 13 złr., *Jeleśnia* 13 złr. 40 kr., *Slemień* 20 złr. *Lipowa* 22, a *Łodygowice* 28 złr. 92 kr. Prócz tego ofiarowano ze *Ślemienia* na wychowańca nazwiskiem Śleminski 5 złr; a nakoniec na Węgrów posuchą dotkniętych 2 złr. z *Rychwałdu* a 12 złr. z *Lipowy*.

IX. Z tego samego Dek. nadesłano 4 złr. na missye Ameryk. Afryk. Jerozolim. na towarzystwo Ś. dziecięcia Jezu i Ś. Bonifacego z parafii *Koszarowa*.

X. Z Dek. Bobow. 14 złr. na missye w Ameryk. Afryk. Jerozolim. Chin, Turc. Europ., a to po dwa złr. 80 kr., i te wpłynęły jak następuje: Od szanownego Duchowieństwa we *Wilczyskach* 20 kr. w *Bobowy* i w *Ciężkowicach* (ks. wikary) po 30 kr. w *Siedlcach*, w *Jastrzębi*, *Ptaszkowéj* i *Grybowie* (ks. wikary) po 1 złr., w *Bruśniku* 1 złr. 10 kr., w *Podolu* 1 złr. 40 kr., w *Grybowie* 1 złr. 50 kr., w *Korzenny* i *Mogilnie* razem 2 złr. 40 kr. w *Ciężkowicach*, w *Lipnicy*, *Rożnowie* i *Tropiu* 2 złr. 80 kr.

XI. Z Dek. Wadowsk. 63 złr. 58 kr. a mianowicie: *a)* od JX. Jana Biedrończyka Kapelana z *Ryczow.* 52 złr. 50 kr. na rzecz *Dziecińśtwa* Jezu z warunkiem, aby chłopcu albo między poganami znalezionemu, albo zakupionemu nadać imię i nazwisko, „Jan Ryczowski" *b)* 10 złr. 50 kr. od tegoż samego na 10 Mszy śś. u Grobu Pańskiego w Jerozolimie. *c)* 58 kr. w. a. od JX. Parocha w *Frydrychowicach* na wdowy i sieroty po zmarłych podczas wojny Duńskiéj.

XII. Z Dek. Wielick. 2 złr. 30 kr. dla Stowarzyszenia Ś. *Bonifacego.*

XIII. Dek. Oświęcim. z *Grojca* 3 złr. na pogorzelców *Szczakowskich.*

XIV. Z Dek. Myślenic, *Harbutowice* przysłały 1 złr. 20 kr. a to 20 kr. na wdowy i sieroty z wojny Duńskiéj, 20 kr. na pogorzelców w *Langenlutsch* w Morawie, 40 kr. na mieszkańców *Węgier* z powodu suszy zubożałych. 20 kr. na pogorzelców *Hurka* w Przemyśl. a 20 kr. na pogorzelców *Jelny* w Powiecie *Leżajsk.*

XV. Z Dek Dobczyc. 5 złr. 40 kr. z *Trzemeśni* jako to. na pogorzelców w *Wolfsegg.* w *Kuryłówce*, w *Szczakowéj* po 1 złr. a na wdowy i sieroty z Duńskiéj wojny 2 złr. 40 kr.

XVI. Z Dek. Wielopol. *a)* na Missye Ś. *Bonifacego* 1 złr. 50 kr. *b)* na resztę Missyi 34 złr. 64 kr. między temi 10 złr. z Parafii *Nockow.*

XVII. Z Dek. Czchowsk. 2 złr. 52 kr. na *Kuryłówkę*, a 2 złr. 42 kr. na *Szczakowę.*

XVIII. Z Dek. Bobow. 3 złr. 24 kr. na *Kuryłówkę*: od WW. Rządzców kościoła *Bobow. Bruśnika*, *Cięszkowic*, *Grybowa*, *Jastrzębi*, *Korzenny*, *Krużlowy*, *Lipnicy*, *Rożnowa*, *Siedlca i Wilczysk* po 20 kr. z *Podola* 30 a z *Tropia* 33 kr. od Ks. *Piątka* i od Ks. *Maciągi* po 15 kr. *b)* 4 złr. 38 kr. na *Szczakowę*, tak: z *Podola* 40, *Tropia* 33, z *Grybowa* 25 kr. a z reszty miéjsc powyższych po 20 kr. od Ks. *Piątka*, 15 a od Ks. Kozaka 10 kr. *c)* 3 złr. 18 kr. na *Wolfsegg.* tym sposobem: z *Tropia* 33

z *Podola* 30 a z innych miejsc wyżéj podanych po 20, od JX. *Piątka* 15, od Ks. *Maciągi* i Ks. *Kozaka* po 10 c. *d)* 6 złr. 70 kr. na zatopionych w *Przemyślkiem* a wszczególności: z *Bobowy*, *Cięszkowic*, *Grybowa* i *Tropia* po 50 c. z *Podola* 33, z *Jastrzębi* 47, z *Bruśnika* i *Wilczysk* 40, od reszty po 33 na koniec od XX. Wikaryuszów w *Cięžkowicach* 50, a w *Grybowie* 45, w *Ptaszkowéj* 10 kr. *e)* 6 złr. 50 kr. na Umieszcz. z *Bobowy*, *Cięszkowic*, *Grybowa*, *Podola* i *Tropia* po 50 c. z *Bruśnika*, *Jastrzębi*, *Wilczysk* po 40 c. z *Krużlowy*, *Mogilna*, *Lipnicy*, *Rożnowa*, *Siedlca* i *Korzenny* po 30, od XX. Wikaryuszów w *Cięszkowicach* 50 kr. w *Grybowie* 40 a w *Ptaszkowéj* 10 c.

XIX. Z Dek. Nowo-Sandeckiego. *a)* 21 złr. na poszkodowanych powodzią w *Przemyslkiem* jako to: z *Jakubkowic* 3 złr. 50 kr. z *Kamionki* 2 złr. z *Mystkowa* 5 złr. 50 kr. z *Pisarzowéj* i *Ujanowic* po 5 złr. *b)* Dodatki na Missye Ś. *Bonif.* 3 złr. z *Jakubkowic* 1 złr. 20 kr. z *Mystkowa* 50 kr. z *Tęgoborzy* 30 kr. z *Ujanowic* 1 złr. *c)* Dodatek do *a)* z *Męciny* 2 złr. 30 kr.

XX. Z Dek. Wielick. 1 złr. na Tow. Ś. *Bonifacego* a to: od WW. PP. *Wieliczki* 80 a z *Niepołomic* 20 kr.

XXI. Z Parafii Podgórskiéj. *a)* 6 złr. na zalanych w *Przemyślu* *b)* 6 złr. na *Umieszcz.*

XXII. Z Paraf. Szczucin. 17 złr. na Konwent OO. *Franciszkanów* w Przemyślu.

XXIII. Z Dek. Makow. 78 złr. 70 kr. na Missye w *Ameryce* i *Afryce*, *Jeruzalem* i Ś. *Bonifacego* w ten sposób: z *Lachowic* i *Sidziny* po 1 złr. z *Muchacza*, *Osielca*, *Spytkowic*, *Tarnawy*, *Zembrzyc* i *Krzeszowa* po 3 złr. z *Łętowni*, *Raby* i *Zawoji* po 4 złr. z *Rabki* 5 złr. ze *Suchy* 9 złr. i z *Makowa* 14 złr. a z *Jordanowa* 17 złr.

To błogosławieństwo, co się czytało na Uroczystość WW. ŚŚ: „Błogosławieni miłosierni, albowiem oni miłosierdzia dostąpią.“ niech się spełnia sowicie na wszystkich Dawcach pobożnych w pomienionych Parafiach. Z Dekanatów innych oczekujemy podobnych ofiar.

Tarnów 4. List. 1864.

E Consistorio Episcopali,

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae die 15. Dec. 1864.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1864.